



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis Et Breviarii Romani

In quibus origo cuiusque Ritus, Causæ historicæ, vel mysticæ, ex maiorum ingenio, Theoria, Praxis, Obligatio, & exquisitus Vsus, additis opportunè Decretis omnibus S. Rituum Congregationis, quàm breuiſimiè explicantur

Gavanti, Bartolommeo

Antverpiæ, 1634

De Festis Sanctorum mense Ianuario. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40244

140 Comment. in Rubr. Breuiarij. Sect. VII. Cap. II.

Gregorium, ex Pamelio *ibidem*. Semid. apud Dur. & in Breu. 1521. Duplex à Pio V. addita Homilia ab eodem. Oratio Secreta & Postcommunio discordant à citato Sacramentario Romæ edito, non autem à Codice Pameliano.

15. Eusebij Vercell. Ordinatio: nam obijt Cal. Augusti, & quia tunc fit cōmemoratio SS. Machabæorum, Clemens VIII. assignauit illi hanc diem, Io. Stephano Ferrerio Episcopo Vercellensi procurante. S. Ambrosius habuit duos Sermones in eius laudem.

20. 21. De Vigilia & Festo S. Thomæ Apostoli eadem, quæ diximus de sancto Andrea Apostolo. Officium à Gelasio, ex Schulting. Oratio prima, & Secreta Missæ in Sacram. Gregor. Si Vigilia incidat in Feriam Quatuor Temporum, in Missa de Quatuor Temporibus sit commemoratio Vigiliæ, in Officio nihil sit de Vigilia. At, cur non dicuntur duæ Missæ, de Temporibus, & de Vigilia? quia ambæ dicendæ forent post Nonā, nulla Hora mediante inter eas: quod non cōuenire docuimus *To. I. par. I. tit. 7. n. 2. p. 16.* Si Festum S. Thomæ sit titulus Ecclesiæ, & occurrat in Dominica quarta Adventus, in Sabbato dici debent Antiphonæ ad Laudes Dominicæ quartæ, cum Antiphona *Expectet*, & in Feria secunda Antiphonæ ciuldem Feriæ, quia Octaua non sit amplius, & Rubrica præcipit in Sabbato eas dici quæ occurrant ipsa die S. Thomæ, si non transferrut.

25. Anastasij. In Sacramentario & Append. Greg. & non sit de ea, nisi in secunda Missa Natiuitatis.

De SS. Stephano, Ioanne, & Innocentibus, vide supra *Sect. 6. cap. 6. pag. 113.*

29. Thomæ Cantuariensis. Calendarium Cisterciense editum Diuine anno 1617. tradit, obiisse die 25. Decemb. iisque diebus impeditis fieri Festum hac die. Ciacconius in Alexander III. scribit, in Festo Innocentum ad Aram fuisse percutsum, sed Breuiarium Romanum die 29. occubuisse tradit, cui magis est credendū. Festum circa annum 1200. fuisse institutum, scribit Continuator Sigeberti. Semidap. in Breuiario M.S. Auctor Officii creditur Alexander III. à Schult. Pius V. addidit Homiliam.

31. Siluestri. In Sacram. S. Gregorij. Semid. in Breu. 1550. Duplex à Pio V. Officium à S. Gregorio, ex Cornel. Schultingio. Habetur Officium Missæ in cit. Sacrament. & incitato Antiphonario. in Comite S. Hieron. erat Euangel. *Vigilate.*

De Festis Sanctorum mensi Januario.

C A P. III.

D E Octauis SS. Stephani, Ioannis & Innocentum, diximus suprà *Sect. 6. cap. 6. pag. 114.*

5. Telephori. In Append. Gregor. restituitque Festū Clemens VIII. vel potius instituit commemorationem.

11. Hygini. In dicta Appendice Greg. Simplex in Breu. 1550.

14. Hilarij. In Appendice Gregor. Semid. à Pio V. qui & Officium addidit. erat enim Simplex 1550. Si Festum hoc transferatur, Versus erit, *Iustum deduxit*, &c. quia cessat raro mutationis in concursu aliorum duorum Confessorum. Vbi verò est primæ classis, diuidatur octaua Letio in duas. In Hymno *Iste confessor* mutatur tertius Versus, ut in Breu. quæ

De Festis Sanctorum mense Ianuario.

141

quæ mutatio fit etiam in sequenti
Festo; quia ambo obiere extra hos
dies: Hilarius die 13. Paulus die
10. Ianuarij.

Felicitas in Pincis. In Comite S. Hieron. & in Sacrament. Gregor. Simplex in Breu. M.S. Officium à Paulino Nolano, ex Schult. Vbi sit de eo
Festum nouem Lectionum, dicitur o-
ctauum Responsi. *Domine præuenisti.*
quia non fuso sanguine mortuus est.

15. Pauli primi Eremitæ. In Append.
Greg. Simplex in Breu. 1550. Semid.
à Pio V. cum Officio.

Mauri Abbatis. In Missal. Vatic.
vol. 4743. apud Teuton. ex Radul.
Prop. 17. Simplex in Breu. 1550. Le-
ctione eiusdem à Clemente VIII.

16. Marcelli. In Comite S. Hieron.
in Sacrament. S. Gregorij. Semid. à
Gregorio VII. ex Microl. 43. Officium
à Gregorio I. *ibidem* Microl.

17. Antonij Abbatis. Ante annos
1200. ex Actis S. Euthymij, ut Baron.
ait in Martyrol. in Appendice Greg.
reperitur. Simplex in M.S. Breuiar.
Semid. 1550. Duplex à Pio V. qui ad-
didit Homiliam.

18. Cathedræ Petri Rom. S. Augu-
stinus duos habuit Sermones. Beda
meminit. Baronius deducit ex Appèd.
Greg. Restituit Paulus IV. 1558. à quo
ritus. Duplex. Officium autem de-
sumptū est ab Antiochena Cathedra;
quod est Gregorianum, ex Schult. Ad-
didit Clemens VIII. quod sit Duplex
maius, & Homiliam S. Hilarij.

Priscæ. In Sacr. Gregor.

19. Marij, Martha, &c. In Appen.
Greg. Simplex. in Breuiar. M. S.
& 1550.

20. Fabiani & Sebastiani. S. Aug.
Sermons 100 de Diversis agit de S. Se-
bastiano. Vtque in Comite S. Hie-

ron. & Sacram Greg. Semid. 1550.
Duplex. à Pio V. addita Homilia. Offi-
cium est Gregorianum.

21. Agnetis. Eius Festum celebrans
Ambrosius incepit libros de Virgin.
Habetur in Comite Hieron. & Sa-
crament. Gregorij. Semidup. apud
Dur. & in Breu. 1550. Duplex à Pio V.
Officium à S. Ambrosio, ex Schult.
Pius V. addidit Homiliam. Lectio-
nes secundi Nocturni, quæ sunt
S. Ambrosij, iussit legi Clemens VIII.
ob eius autem fortitudinem egre-
giam, tam in Matutino quam in se-
cundis Vesperis, dicuntur Psalmi de
Communi virorum Sanctorum: ij-
demque dicendi sunt in primis Vespe-
ris in propria Ecclesia, sicuti dicuntur
in Festo S. Agathæ. Mendum aliqui
putant esse in textu Lect 4. editionis
Vaticanæ, sub Clemente VIII. in ijs
verbis, *Natalis est S. Agnes, qua ha-
bentur in textu S. Ambrosij:* at in
casu genitivo *Agnes* erat in vñ apud
SS. Patres, & apud S. Hieronymum,
cuius verba in Martyrologio Romano
sunt: *Agnes vita laudata est. vtro-
que igitur modo potest legi, Agnes, &*
Agnetis.

22. Vincentij & Anastasij. De pri-
mo Augustinus habuit Sermones
duos. adeo etiam in Sacram. & Anti-
phon. Greg. sed Pamelius negat Offi-
cium Missæ à sancto Gregorio com-
positum. Vtriusque titus Simplex
in Breu. 1550. Semid. in Breu. M. S.
Officium à S. Gregorio. addidit Ho-
miliam Pius V.

23. Emerentianæ. In Appendice
Gregor. Simplex in Breuiar. M. S.
& 1550.

24. Timothei. In Missali Vatic.
volum. 3808. apud Teutonicos, Ra-
dul. Prop. 17. Simplex in Breu. 1550.

S 3 Semit-

142 Comment. in Rubr. Breuiarij. Sect. VII. Cap. III.

Semidup. à Clemente VIII. Homilia addita.

25 Conuersonis S. Pauli. Augustinus Sermonem habuit In Sacramentario Gregor. & ex generali consuetudine fit, ex Radul. Prop. 17. Semiduplex apud Dur. lib. 7. cap. 1. Duplex apud Radul. loco cit. In uitatorium est Hermanni Contracti, ex Schulting. qui & inde argumentatur, eumdem esse auctorem totius Officij. sed, exceptis Lectionibus, idem est Officium ac Commemorationis, 30. Iunij, quod à S. Gregorio fuisse compositum, docet Microl. cap. 42. quod neque negat Schultingius. Homiliam Bedæ addidit Clemens VIII. & declarauit, esse Duplex maius.

26. Polycarpi. Smyrnensis Ecclesia statim ac obiit Festum indixit, vt ex eiusdem Epistola patet. In Append. Greg. habetur 3. Februar. Simplex in Breu. 1550. Semidup. à Clemente VIII.

27. Ioannis Chrysostomi. Translatio est, ait Menologium & Martyrologium Rom. nam obiit 14. Septembris, quo die fit Festum Crucis. In mente Septembri fuit hoc Festum celebrari cœptum die 26. anno 427. ex Ciacconio in Cælestino I. seu ex Baronio ad eundem annum, num. 20. habetur ante Festum Crucis in Breu. Vatic. vol. 4751. in Ianuario vero in Missali Vatic. vol. 3808. Simplex, in Breu. 1550. Duplex, à Pio Quinto, vñā cum Officio. In Hymno *Iste confessor* mutatur tertius Versus, vt in Breuiario.

28. Agnetis secundò. In Sacramentario Gregoriano: eraque titulus in Appendix Gregoriana, *De nativitate Agnetis*; quia nata est hodie, ex Gemma lib. 3. cap. 23. explicat

Durandus lib. 7. cap. 3. non esse Octauam Festi: sed nativitatem hoc loco intellige, quod nata est cælo, non autem natalem illius diem in catne, vt notat Pamelius in Sacramentario Gregor. tum quia nata est ut alij tum quia, ex Augustino Sermoni 10. de Sanctis, nullius hominis nativitatem legimus celebrari post Natalis Domini diem, nisi solius beati Ioannis Baptista. Et licet post Augustinum celebrari cœpta sit Nativitas B. Virginis, & potuerit S. Gregorius Augustino posterior indicere Festum cum titulo, *De nativitate B. Agnetis*: cum tamen illa B. Virginis ubique receperit Festivitas, vt de sancta Nativitate; de sancta vero Agneta non habeamus, quod fuerit in utero matris sanctificata; hinc fit probabilius, Festum fieri ob apparitionem eiudem parentibus, & Constantiæ, vt narratur in Lectione Breuiarij, que facta est octaua die, ait Baron. in Martiolog. Quare, abrogato dicto titulo, in Calendario dicitur aptius, *Agnetis secundo*. Sex Lectiones, & Officium, vt in die, habuit in Breu. M. S. & 1550. nunc Simplex à Pio V. Officium, & Gregorianum est, sumpta coniectura ex Sacramentario eiusdem à Cornelio Schultingio. Vbi celebratur Octaua S. Agnetis, dicuntur omnia vt in die, excepta Oratione, Antiphona ad Magnificat in primis Vesperis, Lectionibus 1. Noct. de Scriptura occurrente, & Lectione 4. quæ est de S. Agnete secundò; quinta & sexta de Communione Virginum, vel, vt in Octauario Romano. Reliqua vt in Festo seu Octauario.

D